Quam enim corporum vestrorum curam susce-
perint deserunt animarum? Deus vetet ani-
marum ego curam negligam pro qua re neglecta
iudicabitis, Deus vetet, quare moneo ut
non solum spectis leges meas, sed sequamini,
nec disputetis, num meliores possint scribi, sed
observetis ea quae lex divina iubet, et nostra iniungit.
Deinde memineritis ut unusquisque in gradu suo
obediat superiori, non praescribendo quae deberet,
sed sequendo quod praescriptum. Hoc cogitando
quod si superiores ea agere coeperint quae non
decent, habebunt alium superiorem a quo
reguntur, qui illos et punire debeat et velit.
Postremo ut sitis unanimes, cum intelligatis
unita semper robustiora, singula vero infirmi-
ora esse, et imbecilliora, Dixi Regina Eli-
sabetha.